7

eis mandauit, ut non solum succideret Olympiadi, sed, dum inrectis catenis, eam ad adire ad cultum Deorum cogeret, ac publicis strues omnibus cruciatibus etiam interficeret. Et haud minori studio alios quoque, et cum alios Firmina, cuius blandimentis, prestigiisque deliniretur, inducere, Olympiadem opinabatur coercendi, ac pari supplicio affici, nisi se a Christianis sacris auocari patierentur, iubet. Algitius eu Amediam uenisset, Imperatoris iussa impigre exequitur. Casto Olympiade, quo latius terrorem diffundiret, erigi iubet in medio tribunal, adiuncto sibi Vrbis magistratibus, uinctam Olympiadem adduci iubet. At primo quidem reprehendit, quod uir eo dignitatis, ijs sonoribus funetus, mulierculae dolis, delimentis capi se, atque eo adduci esset passus, ut a patrijs Dijs discederet, nouisque se atque anilibus superstitionibus implicaret. Amicis indi castigatum hortatur etiam atque etiam, ut ijs animo dispulsis, pristinam erga Deos mentem resumere dubitaret, illis ueneratione tribueret: quod facile si ciuisset, opes ei suas, honoresque redditurum iri. At contra si in errore, atque pertinacia permaneat, tormenta, cruciatus, ac mortem proponit. Olympiade autem negante se ab cognita semel ueritate, ullius mortis supplicij discessuram, et multiplicium Deorum cultum ut falsum atque impium execrante, Vnum esse Deum coeli ac terrae Dominum Jesum Christum

indignum causam eius loci etiam atque cohortente hominum celebrant

implicari

superstitionibus

pristinam apud Imperatorem gratiam locum

in cuius ipsi fidem concessisset, praedicanti, et Algitium ut dissentiens ac uanae impietatis auctorem aspernanti, Algitius acerbi tortores, eculeum afferri iubet, ac Olympiadem nihil territum illo supplicio agitatus, atque in ipso quoque supplicio Jesum Christum inuocantem, cum ipsis eius numini se salutem suam commendantem, crudelissime tortum, interfectum accidit, abscisque indi insepultum iussit. Sed cadauer Firmina opera noctu sublatum, et apud Agolianum in ipsius praedio sepultum est. Interfecto Olympiade Algitius iubet etiam aduersus Firminam instituit, et eam cum Agolium in Vico, cui nomen Lembro, habitare, et Christianis officijs assidue operari cognouisset, non solum Olympiadis casu non territam, sed gloriosa eius de ~~infidelibus~~ Lascivis impiis suis victoria, magnopere ad similem uirtutem, constantiamque amulandam, accensam, non sinens ab se adduci, sed domi sua custodia eam iussit sine soc parentis dignitati, siue puellae ipsius virginali decori tribuerit. Cauit tamen ne quid illa de bonis, fortunisque suis dilargiri posset. Firminam quo illa custodia, quo totum Algetij consilium spectaret, nihil fagiebat, instaret, sibi optati martyrij diem, mortisque pro Christi nomine occumbendae gloriam, impigre lactabatur, atque eo magis diuinis rebus dies atque